



**R. P. Vincentii Brvni, Societatis Iesv, Meditationes, De
Præcipvis Mysteriis Vitæ & Passionis D. N. Iesv Christi**

Cum Veteris Testamenti Figuris, & Prophetijs, varijsque Documentis ex
quoque Euangelio depromptis, Nunc ex Italico in Latinum translata

Meditationes in Passionem Et Resurrectionem D. N. Iesv Christi

Bruno, Vincenzo

Coloniae Agr., 1599

VD16 ZV 2606

Meditatio 20. Quomodo Christus mortis reus pronunciatus, Pilato sit
traditus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59870](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-59870)

MEDITATIO
VIGESIMA.

QVOMODO CHRISTVS
mortis reus pronunciatus, Pi-
latus fit traditus.

EVANGELIVM.

*Matt. 27.**Marc. 15.**Luke. 22.*

ANE autem facto,
consilium inierunt
summi Sacerdotes cū
Scribis & senioribus,
& vniuerso concilio,
aduersus Iesum, vt illum morti tra-
derent. Et duxerunt eum in conci-
lium suum dicentes: Si tu es Chri-
stus dic nobis:& ait illis:Si vobis di-
xero non credetis mihi; si autem in-
terrogauerero, non respondebitis mi-
hi, neque dimittetis. Ex hoc autem
erit filius hominis sedens à dextris
virtutis Dei. Dixerunt autem om-
nes: Tu ergo filius Dei es? qui ait:
Vos

Vos dicitis quia ego sum. At illi dixerunt, quid adhuc desideramus testimonium? Ipsi enim audiuimus de ore eius. Et surgens omnis multitudo eorum vincentes Iesum, duxerunt illum mane ad Pilatum. Tunc videtis Iudas, qui tradidit eum, quod esset condemnatus Iesus, poenitentia ductus, retulit 30. argenteos principibus Sacerdotum dicens: Peccavi tradet sanguinem iustum. At illi dixerunt. Quid ad nos? tu videris. Et proiectis argenteis in templo abiit laqueo se suspendit. Principes autem Sacerdotum consilio initio emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum.

FIGVRAE.

FILII Iuda duxerunt Samsonem Iudic. 15.
ligatum, & tradiderunt in manus
Philistaeorum:

Achitophel initio consiliarius, mox 2. Reg. 17.
proditor Regis sui Dauidis, cum suum
consilium non procedere intelligeret,
domum

168 MEDITATIONES
domum abiens laqueo sibi vitam ab-
stulit.

PROPHETIÆ.

Gen. 49.

SIMEON Leni fratres vasa inqui-
tatis bellantia, in consilium eorum non
veniat anima mea, quia in furore suo oc-
ciderunt virum. Maledictus furor eo-
rum, quia pertinax, & indignatio illorū,
quia dura.

Zach. 11.

Et tulit triginta argenteos, & proiecit
illos in domum domini.

Psal. 108.

Dilexit maledictionem & veniet ei,
& noluit benedictionem, & elongabitur
ab eo, & induit maledictionem sicut ut-
simentum.

CONSIDERATIONES.

v. Punctū.

CONSIDERA quæ Christus in
illa acerba nocte perpessus sit. Im-
probissimi enim satellites & ministri
Dæmonis, cùm illum columnæ alicui
alligassent, non cessarunt illudere; & ex
eo sibi quærere modum fallendi tem-
pus, ne somno obruerentur, vt variè Do-
minum maiestatis ludibrio haberent.

Tacebat ad hæc omnia benignus Ie-
sus, & pudore suffusus omnia amore
nostri patienter fecerat. O noctem cru-
dæcem & tibi Domine mihi, luctuosam,

qua

qua nihil tibi ad requiescendum ocij
concedebant, nec ipsi somnū capiebant,
qui ex tua vexatione voluptatem quæ-
rebant. O beatæ mentes cælestes, quo-
modo sustinuistis audire voces im-
pias & contumeliosas, aspicerem tam in-
dignis modis eum tractari in terris, quē
vos tanto honore colitis in cælo?

Sumno mane rursus conuenit cœtus
ille sanguinarius, ad necem Christi. Nō
dormiunt inimici Iesu, neq; exspectant
dum exoriatur dies: neque enim seu pe-
stilens inuidia, seu stultus furor, quibus
animi illorum exardescabant, aliquam
illis quietis partem concedebant. Erat
dies illa tam Iudæis quam Christo desi-
derata, illis ut malè agerent, & irā suam
aliquando totam in Dominum effun-
derent: Christo, ut mala sibi ab inimi-
cis parata, illis ipsis in maius bonū con-
uerteret. Illi gaudebant in morte Chri-
sto afferenda, ipse in danda vita & salute
hominibus. Dies obscura & Iudæis exi-
tiosa: sed nobis dies serena & fortunata,
qua authoritatem victoriam insignem de
morte, de diabolo, de peccato relaturus
erat. Laborabant aduersarij Christi, vt
quantum possent, nouarum accusatio-
num & calumniarum inuenirent, qui-
bus gloriam ipsius obscuraret & extin-
guerent:

170 MEDITATIONES

guerent : sed torrens caritatis illius
perrumpet omnes obices , & dilu-
uiō quodam donorum cælestium &
gratiæ totum orbem terrarum inun-
dabit.

Considera , quomodo collecto iam
impio concilio , iubeant coram adduci
Iesum , quām cupidi cognoscendæ veri-
tatis dolo malo interrogent , vt aperte
profiteatur , an ipse sit Christus ; vt hinc
calumniādi occasione arrepta tanto plus
illorum caussa apud Pilatum postea va-
leret , quanto plures essent qui accusaret .
Dicitur Iesus ut agnus mansuetus ad
cruentos lupos : apparet coram ijs habitu
rei , ligatus , atq; etiam vexationibus mi-
serimæ illius noctis misericordie habitus &
deformatus , ut verè , sicut Propheta lo-
quitur , nō esset illi species neque decor .
Improbi igitur homines malignis illum
aspicientes oculis , inter se insultando di-
cebant . Vbi nunc est audacia & arrogan-
tia tua , qua in reprehendendo uti sole-
bas ? vbi miranda illa opera ? vbi turbæ
quibus falsa tua doctrina faciebas fucū ?
Tandem aliquando dignas factis tuis pœ-
nas dabis . Ad hæc mansuetissimus Iesus
tacens , & ex amore nostri illorum con-
uicia dissimulans , tanto libentius pro-
fessus est & confirmauit veritatem , quā-
to car-

Isaia.53.

to eam professionem intelligebat plus valere ad sui damnationem.

Cogita quā diuera fuerit illo Christi tempore plebs, ab ea quę fuerat. Utinam illo tempore Patribus antiquis inter homines esse licuisset, qui Saluatoris aduētum tam ardentibus desiderijs exspectabāt! quales, magnus Patriarcha Abram,

Ioan. 3.

qui exultauit ut videret diem eius: mansuetissimus Moyses, qui apud Deū iam vehementer instabat: *Mitte, quem missurus es: & alibi, Si inueni gratiam in oculis tuis, ostende mihi faciem tuam.* Sanctissimus Rex Dauid, qui Saluatoris desiderio flagrans;

Exod. 4.

Exod. 33.

Isaia. 22.

Fuerunt, inquit, mihi lacryma panes die & nocte, dum dicitur mihi quotidie: Vbi est Deus tuus? Item aliás: Excita potentiam tuam, & veni, & ostende nobis faciem tuam, & salui erimus. Propheta magnus Isaias, qui perinde quasi longiores moras iam ferre non posset, exclamat:

Psal. 41.

Isaia 64.

Vtinam dirumperes callos, & descenderes: & alio loco: Rate cali desuper, & nubes pluant iustum: aperiatur terra, & germinet Salvatorem. Denique tot alij Prophetæ & viri, si in viuis hoc tempore fuissent, & suis ipsi oculis desideratam omnibus gentibus faciem contemplati essent, suis auribus (quod improbis istis conceatum

172 MEDITATIONES

concessum est) voces illas ex ipso ore Christi accepissent, *Ego sum*: quomodo, putamus inexplicabili, quadam dulcedine animæ eorum liquefactæ essent? quomodo deficientibus viribus humistrati venerabundi adorassent eum, quæ isti homines cooperti flagitijs & ingratij, vsq; adeò sibi habent contemtui, quem reiiciunt, quem denique capitis damnum Pilato tradunt?

Noluit dominus sanguinis sui premium vlos in usus impedi præterquam caritatis; quemadmodum & totum se nobis ex caritate impenderat. Voluit igitur, ut eo compararetur ager figuli, in sepulturam peregrinorum. Atque hoc loco considera, quomodo idē ipse Christus sit figulus ager, & preciū agri. Princípio enim ipse est magnus ille figulus, qui totam hanc mundi machinam effecit, quique mortales omnes tanquam vas a terra formauit, ille ager, quia est nostra possessio, hereditas nostra; & omnē bonū nostrum: ille deniq; precium, quia dādo nobis seipsum, sibi nos emit: ut nos, quemadmodū peregrini in terra, in ipso pace sempiterna dormiamus & requiescamus.

Psal. 4.

COL-

COLLOQUIVM.

RO^GA^BI^S Christum D. N. per il-
lum amorem, quo ab iniuitate Iu-
dæorum tantas passus est iniurias & op-
probriationes: & per dolorem, quē cordi
ipsius, Iudæ desperatio & interitus attu-
lit, vt tibi gratiam largiatur, qua forti a-
nimo & magna animi demissione fe-
ras, quæcunque tibi à mundo molesta
accident, neue vlo vnquam, errore &
peccato fiduciam de infinita ipsius bo-
nitate amittas: sed mox dolens te la-
psum esse, humiliter cōfugias ad ipsum,
vt Patrem & Dominum tuum clemen-
tissimum.

DOCUMENTA.

1. **C**ONSIDER A exitum infelicitas
Iude, & animaduerte quēadmo-
dum in arbitrio Petri fuit negare Chri-
stum, sic in illius potestate fuisse illū pro-
dere, sed in neutrius manu fuisse, ad ve-
ram pœnitentiam conuerti. Itaq_z caueat
sibi quisq_z ne per negligentiam vsq_z eō in
imperfectionibus & peccatis progre-
datur, ut postea cùm pedem velit referre,
nec per se possit, & multò minus à Deo
adiuvari mereatur.

2. **C**ùm totam noctem Iudei duxisset
in il-

in illudendo Christo, summo mane conueniunt ad eius necem. Vide quanto diligentiores sint ministri Diaboli, in exsequendis cupiditatibus suis, quarum premium futurum est, suppliciorum eternitas, quam non in seruitute Christi, qui promittit nobis vitam eternam.

3. Inter tam multos, qui huic consilio aderant, non inuenitur vel unicus, qui Christi innocentis patrocinium suscipiat. Sic in tanto Christianorum & Religiosorum numero paucos inuenire est, qui sua utilitatis cogitatione planè abiecta solam pietatem & honorem Dei purè sequuntur.

4. Si quando in aliquo leuiter impingamus, aut ope vel consilio egeamus:endum est ad homines secundum spiritum viuentes, qui & nobis compatiantur, & opem afferre & optimis nos institutionibus consolari possint. Ne imitemur Iudas, qui cum ad Iudeos configisset, accepta response asperiore, desperans laqueo sibi vitam abrupit.

5. Diaboli haec est consuetudo, ut hominem efficiat carum, ne grauitate peccati prius videat, quam admiserit, quo posita facilius in desperationem se precipitet. Sic nobis multi defectus nunc apparentes, quos post, ubi ad mortem ventum fuerit,

fuerit grauiores opinione nostra cognoscemus, cum periculo foris desperationis, nisi
maturè resipiscamus.

6. Quicunque ducti amore dinitiarum
& temporalium commodorum, discedunt
à seruitute Christi, & ad secundum reuer-
tuntur, laqueo tenentur implicati ut In-
das.

MEDITATIO
VIGESIMA PRIMA.

DE CHRISTI APVD PI-
latum accusatione.

EVANGELIVM.

ADVCVNT ergo Ioan. 18. Iesum à Caipha in
prætorium. Erat au-
tem mane. Et Iudæi
nō introierūt in præ-
toriū ne ~~non~~ continxeretur, sed
manducarent paſcha. Exiuit ergo
Pilatus ad eos foras, & dixit ei: Quā
accusa-